

# Richtlinien und Anschriften der Arbeitsgemeinschaft der Europäischen Bischofskonferenz (CCEE)

## *Normae directivae*

### *Finis.*

Finis CCEE est, ut ad maius bonum Ecclesiae promovendum ac tuendum (Christus Dominus, 38), in mundo ad unitatem tendente, exerceatur affectus collegialis et arctior coniunctio inter CE Europae.

CCEE nullam habet potestatem iuridicam in CE vel Ecclesiis particulares, foveat vero cooperationem inter CE eisque servitio esse debet.

### *Media.*

Ad hunc finem assequendum CCEE curat, ut CE

a) sibi invicem communicent praecipuas agendi rationes, praesertim in re et actione pastorali;

b) transmitant scripta et folia, quae decessiones CE referant vel acta et documenta quae ab Episcopis communi consilio eduntur;

c) significant varia apostolatus incopta, a CE proposita vel commendata, quaeque utilia esse possint in casibus similibus;

d) proponant graviores quaestiones quae, hodiernis temporibus et particularibus adjunctis maximi momenti esse videntur;

e) indicent pericula vel errores in propria natione serpentia, quae in alios etiam populos irrepere possint, ita ut apta et opportuna subsidia adhibeantur ad illa prae-  
cavenda vel auferenda vel coarctanda et his similibus (Ecclesiæ Sanctæ, 41, § 5).

Ad chonservandam disciplinam ecclesiasticam CE rogantur, ut antequam de mutatione, ad quam ius habent, decretum ferant, mentem finitimarum Conferentiarum exquirant et cum eis cooperentur, ne mutatio in regionibus finitimis repercussionem nocivam excitet.

### *Organisatio.*

a) *Membra* CCEE sunt Episcopi delegati a singulis CE ad duos annos electi, vel eorum pro casu vices gerentes. Ex regionibus, ubi CE non existunt, a Praeside unus Episcopus invitetur.

b) *Praesidium.* CCEE dirigitur a Praeside et duobus vice-praesidiis ab episcopis delegatis inter ipsos ad duos annos electis.

c) *Commisiones et delegati.* CCEE potest pro opportunitate ad casum condere varias Commisiones vel nominare delegatos pro variis sectionibus.

d) *Secretariatus.* CCEE suum secretariatum habet, quem regit Secretarius, ab Episcopis pis ad duos annos electus.

Secretariatus singularum CE cum Secretariatu CCEE documenta et decreta comunicant.

e) *Expensae.* Omnes CE rogantur, ut pro expensis CCEE pro rata et pro posse contribuant.

### *Conventus.*

Ad fines supra statutos statis temporibus vel saltem semel in anno, tempore a Consilio vel a praesidio statuto vel postulante maiore parte membrorum convenient episcopi in CCEE a singulis CE delegati.

Expedit, ut Conferentiae finitimae, praesertim eiusdem linguae vel similis conditionis socio-culturalis, ad suas sessiones plenarias observatores Conferentiarum finitimarum invitent.

### *Valor statuti.*

Hoc statutum valet ad experimentum ad biennium.

25 Mars 1971.

*Membra Consilii Conferentiarum Episcopalium Europae (CCEE)*

- Anglia et Cambria: Alan Charles CLARK, ep. aux., the White House, Poringland,  
Nr. Norwich Nor NW 42, England
- Austria: Aloisius WAGNER, ep. aux., Herrenstr. 19, A-4010 Linz, Oesterreich
- Belgium: Jean-Baptiste MUSTY, ep. aux. (vicepraeses), 11, rue de l'Arsenal,  
B-5000 Namur, Belgique
- Bulgaria: Méthode STRATIEV, ep. coad., rue Paschovi 10/3, Sofia VII, Bulgarie
- Cecoslovachia: Stepan TROCHTA, archiep., Biskupsky Ordinariat, Litomerice,  
Ceskoslovensko
- Gallia: Roger ETCHEGARAY, archiep. (praezes), 4, place du Colonel Edon  
F-13 Marseille, France
- Germania: Joseph Card. HOEFFNER, archiep., Marzellenstr. 32, D-5 Köln, Deutschland  
Berliner Ordinarienkonferenz: Alfred Card. BENGSCH, archiep.,  
Wundtstr. 48/50, D-1 Berlin 19, Deutschland
- Graecia: Antoine VARTHALITIS, archiep., Archevêché catholique, Corfou, Grèce
- Helvetia: Johannes VONDERACH, ep., Hof 19, CH-7000 Chur, Schweiz
- Hibernia: William Card. CONWAY, archiep., Archbishop's House, Ara coeli, Armagh,  
Eire
- Hispania: José GUERRA CAMPOS, ep. aux., Alfonso XI, Madrid 14, Espana
- Hungaria: Pal BREZANOCZY, archiep., Széchenyi u. 1., Eger, Magyarorszag (Hongrie)
- Italia: Alessandro PIAZZA, ep., Piazza dei Leoni, I-17031 Albenga, Italia
- Jugoslavia: Joseph POGACNIK, archiep., Cyril-Metodov trg 4, YU-61000 Ljubljana,  
Jugoslavia
- Lusitania: Manuel FRANCO DA COSTA DE OLIVEIRA FALCAO, ep. aux., Campo dos  
Martires da Patria 45, Lisboa 1, Portugal
- Luxemburg: Jean HENGEN, ep., Evêché, C. P. 419, Luxemburg
- Melita: Michael GONZI, archiep., Palazzo arcivescovile, Valletta, Malta
- Neerlandia: Johannes B. MOELLER, ep., Bisdom Marktstraat 19, Groningen, Nederland
- Polonia: Boleslav KOMINEK, archiep. (vicepraeses), Ul. Katedralna 13, Wroclaw,  
Polska
- Romania: Aaron MARTON, ep., Palatul Episcopiei, Alba-Julia, Roumanie
- Scandia: Paul VERSCHUREN, ep., Rehbinderintie 21, Helsinki 15, Suomi Finlande
- Scotia: Michael FOYLAN, ep., Bishop's House, 156 King's Gate Aberdeen, Scotland
- Secretariatus: Alois SUSTAR, vic. ep., Hof 19, CH-7000 Chur, Schweiz